Nr. 2672. VI. 1913.

Folium officiale Dioecesis Lavantinae.
Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.
Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözeſe.

Inhalt. 56. Epistola Pii PP. X., qua sacerdotale foedus „Pro Pontifice et Ecclesia“ laudibus prosequitur. — 57. Litterae Apostolicae Pii PP. X., quibus conceditur facultas erigendi Societates titulo divini Infantis Pragensis ubique terrarum in perpetuum. — 58. Decretum S. C. de Religiosis quoad communionem infirmarum in Monasteriis clausurae Papalis. — 59. Decretum Supremae S. C. S. Officii quo conceduntur Indulgentiae pro piis exercitiis mense Augusto in honorem Immaculati Cordis B. M. V. peragendis. — 60. Decretum Supremae S. C. S. Officii, quo christiana salutatio sub invocatione divini Iesu Nominis ampliori Indulgentia ditatur. — 61. Decretum Supremae S. C. S. Officii, quo augentur et extenduntur Indulgentiae pro quadam laude Sanctissimi Sacramenti. — 62. Anton Friedrich Ozanam, der Begründer des St. Vinzenz-Vereines. — 63. Verordnung des Miniſters für Kultus und Unterricht und des Finanzminiſters, betreffend die Aktivitätszulagen des ſiſtemiſierten Lehrperſonals an den theologiſchen Diözeſanlehranſtalten. — 64. Die Ordination und die Ordinanden. — 65. XX. Jahresbericht über den Allgemeinen frommen Verein der chriſtlichen Familien zu Ehren der Heiligen Familie zu Nazareth. — 66. Uprava Marijine mašne družbe v frančiškanskem samostanu v Mariboru. — 67. Die Religionsübungen der Kinder. — 68. Škofijska kronika. — 69. Diözeſan-Nachrichten.

56.

Epistola Pii PP. X. ad V. E. Franciscum Virgilium Card. Dubillard, Archiepiscopum Camberiensem. — Sacerdotale foedus „Pro Pontifice et Ecclesia“, cuius ille conditor et moderator est, laudibus prosequitur.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Laudari satis non potest illud „sacerdotum ex quavis natione foedus „Pro Pontifice et Ecclesia“ quod te quum auctore coaluit, tum summo moderatore utitur, si quidem praeclara eius utilitas atque adeo opportunitas consideretur. Nam qui, instigante diabolo, vetus hodie propositum urgent impediendae salutis aeternae, quam humano generi divinus Redemptor profuso sanguine comparavit, ii fere nihil agunt impensius, quam ut ab obsequio et fide Ecclesiae et Romani Pontificis avertant homines: quippe intelligunt non ab eo Iesum Christum diligi, qui vel Sponsam vel Vicarium negligat Christi. Atque ob eam causam malis improborum artibus obnoxius maxime est clerus, qui certe ab officio si discesserit, facile discessio populi consequatur. Contra igitur omnino est laborandum, ut qui sunt e sacro ordine, magis ac magis ita afficiantur erga Ecclesiam Ecclesiaeque Caput, quemadmodum eos in primis decet, id est ut pientissimo studio et ipsi flagrent et alios inflammare cupiant. Iam vero huius ipsius rei gratia institutum esse videmus sacerdotale, de quo loquimur, foedus: cuius qui sunt participes, non ii quidem aliis tenentur officiis, nisi communibus sacerdotum ceterorum, sed tamen in eis servandis singularem quamdam diligentiam profitentur. Illud autem Nobis pergratum est quod ante omnia sibi habent propositum, praecepta et monita, quaecumque dederit Romanus Pontifex, et sequi volentibus animis et studiose inculcare aliis; item quod promittunt se ex omnibus Catholicorum scriptionibus, quae vel quotidie vel in dies certos vulgari solent, eas omni ope adiuturos, quae causam Religionis aperte, duce apostolica Sede, tueantur. Quod vero hanc inopiam considerantes, in qua Vicarius Christi versatur, ad eam sublevandam non satis habent quotannis reservare aliquid, sed sponsione se obligant, peculiarem sane merentur cum a Nobis laudem tum mercedem a Deo. — Quapropter ut gratum his dilectis filiis testaremur animum, simulque ut fructuosior evaderet eorum opera, de spirituali Ecclesiae thesauro, cuius penes Nos est dispensatio, plura nuper, ut nosti, eis indulgendo tribuimus. Nunc scias consilium universo foederi moderando ita compositum, ut significasti, Nobis probari a Nobisque ratum haberi. Iam, quod reliquum est, Deum rogantes ut rei tam bene auspicatae faveat, caelestium munerum auspicem ac praecipuae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus quotquot sunt et erunt de sacerdotali hoc foedere, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXVIII. mensis Aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pius PP. X.

57.

Litterae Apostolicae Pii PP. X., quibus conceditur facultas erigendi Societates titulo divini Infantis Pragensis ubique terrarum in perpetuum.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Significat Nobis dilectus filius hodiernus Praepositus generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, tribus fere a saeculis, scilicet ab anno MDCXXVIII in coenobio S. Mariae a Victoria, ipsius Ordinis, Pragae, fidelium venerationi propositam esse parvam divini Infantis statuam. Addit idem Praepositus fidelium pietatem erga puerum Iesum, vel a primis temporibus mirandum in modum ortam, indesinenter, ad praesens usque aevum, non modo perseverasse, sed in dies percrebuisse, et modo sub titulo divini Infantis Pragensis pluribus in Ecclesiis, potissimum Carmelitarum Ordinis coenobiis continentibus, et dicata altaria, et canonice erecta Sodalitia reperiri; passimque per universum terrarum orbem divini ipsius Infantis Pragensis imagines ac numismata, impressaque per typos de eodem scripta diffundi. Cum vero haec devotio iure meritoque Carmelitarum Ordinis propria dici queat, in asceterio enim Pragensi opera religiosi viri Carmelitae b. m. Cyrilli a Matre Dei originem duxit, ipsiusque devotionis actuosi sunt propagatores illius Ordinis alumni, quos unice fideles adeunt, ut vel inscriptionem in piam Unionem efflagitent, vel pietatis adminicula exquirant, vel ad altaria divini Infantis preces exhibendas curent, idcirco generalis idem Praepositus suppliciter a Nobis petit, ut peramplam ipsi veniam faciamus, ex qua tum in ecclesiis Ordinis, tum in aliis ubique terrarum sitis, piam sodalitatem a divino Infante Pragensi appellatam rite erigere valeat. Nos autem votis his annuentes, inspecto potissimum suffragio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationi praepositorum Concilii Tridentini decretis interpretandis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, nunc et in posterum exsistenti Praeposito generali religiosi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum facultatem tribuimus, cuius vigore Sodalitatem sub titulo divini Infantis Pragensis, in quolibet tum eiusdem Ordinis, tum alia publica ecclesia, de respectivi Ordinarii consensu, ubique terrarum erigere possit ac valeat; servata tamen forma praescripta in Constitutione Clementis PP. VIII. rec. me. Nostri decessoris, quae incipit *Quaecumque,* aliisque desuper editis apostolicis ordinationibus et gratis omnino. Haec concedimus et mandamus, decernentes praesentes Nostras Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque detinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum iugiter esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXX. Martii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. Card. **Merry del Val,**
a Secretis Status.

58.

Decretum Sacrae Congregationis de Religiosis quoad communionem infirmarum in Monasteriis clausurae Papalis.

Edito a S. C. Concilii, die 20. Decembris 1905, Decreto *Sacra Tridentina Synodus,* quo inter alia praescribitur ut *Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis promoveatur,* earum consulendum quoque erat sorti infirmarum qu e intra septa monasteriorum clausurae Papalis decumbunt; quum ipsa clausura, prout determinatur in iure canonico vigenti, aliquod in praxi videretur parere incommodum ad frequentiorem earum aegrotantium Communionem, praesertim ex eo quod *regulariter* nonnisi confessarius et in eius defectu capellanus, et, si sacerdos sit regularis, a socio comitatus, monasterii claustra ingredi valeat ad Sacramenta infirmis ministranda.

Quare Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Cardinales S. C. de Religiosis, occasione arrepta quorumdam dubiorum quae ad rem proposita fuerant, die 30. Augusti 1912, in plenario coetu ad Vaticanum habito, quoad Communionem infirmis deferendam in monasteriis clasurae Papalis, sequentia decernere existimarunt, nempe: In defectu confessarii vel cappellani tertius sacerdos, etiam regularis, licet sine socio, legitime vocatus de licentia episcopi, qui pro hac licentia nomine ipsius episcopi concedenda etiam abbatissam seu superiorissam habitualiter designare poterit, sacram Communionem infirmis valeat deferre Religiosis, quae ad ecclesiae crates descendere nequeunt. Oportet autem ut quatuor religiosae maturae aetatis, si fieri possit, ab ingressu in clasuram usque ad egressum, sacerdotem comitentur, qui sacram pyxidem aliquas consecratas particulas continentem deferre, sacram Communionem admini-

strare, reverti ad ecclesiam, eamdemque sacram pyxidem reponere debet, servatis rubricis a Rituali Romano pro Communione infirmorum statutis.

Et hanc Eminentissimorum Patrum sententiam et resolutionem Sanctissimus Dominus noster Pius Papa Decimus, ad relationem subscripti Secretarii, die 1. Septembris 1912 ratam habere et confirmare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Congregationis de Religiosis, die 1. Septembris 1912.

Fr. I. C. Card. **Vives**, *Praefectus*.

L. † S. † **Donatus,** Archiep. Ephesinus, *Secretarius*.

59.

Decretum Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, quo conceduntur Indulgentiae pro piis exercitiis mense Augusto in honorem Immaculati Cordis B. M. V. peragendis.

Die 13. Martii 1913.

Quum pluribus in locis invaluerit iam usus dicandi mensem Augustum honori et venerationi Immaculati Cordis B. M. V., eodem modo ac alii menses ipsimet colendae Deiparae consecrantur; ut in dies magis ac magis propagetur pius mos praedictus, ac fideles magis ad eandem devotionem alliciantur, enixe supplicatum est, ut omnibus fidelibus christianis, qui sive publice sive privatim singulis mensis Augusti diebus in honorem Immaculati Cordis B. M. V. aliquas preces fuderint, seu alia pietatis exercitia peregerint, sanctissimus D. N. Pius Pp. X. aliquod Indulgentias concedere dignaretur. Sanctitas vero Sua, per facultates infrascripto Cardinali supremae S. Congregationis S. Officii Secretario impertitas, benigne has preces suscepit, ac sequentes Indulgentias, defunctis quoque applicabiles, elargitus est: Indulgentiam trecentorum dierum, singulis praedicti mensis diebus, si corde saltem contriti christifideles, quae supra dicta sunt, pia opera exercuerint; Indulgentiam plenariam semel eo mense lucrandam, si praeterea ad sacramenta Confessionis et Sanctissimae Eucharistiae devote accesserint, aliquam ecclesiam vel publicum sacellum visitaverint, et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. Card. **Rampolla**.

L. † S. † **D.** Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

60.

Decretum Supremae S. Congregationis S. Officii, quo christiana salutatio sub invocatione divini Iesu Nominis ampliori Indulgentia ditatur.

Ex audientia Sanctissimi die 27. Martii 1913.

Etsi pervetusta piissima consuetudo, inter christianos plurimis in locis invecta, sese invicem salutandi sub Sanctissimi Iesu Nominis invocatione, qua nimirum alter dicit: *Laudetur Iesus Christus*, alter vero respondet: *Amen* vel *In saecula,* aut similiter, iamdiu apostolicae Sedis favorem adepta sit, et Indulgentia quinquaginta dierum per Summos Pontifices ditata; ut tam frugifera praxis impensiori studio, ubi viget teneatur, ubi autem obsolevit restituatur, alibi demum large propagetur; Sanctissimus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X. precibus Sibi, occasione sextodecimo recurrentium saecularium solemnium a pace Ecclesiae donata, porrectis benigne annuens, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, a singulis christifidelibus quoties uti supra se invicem salutaverint lucrandam, largiri dignatus est. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. Card. **Rampolla**.

L. † S. † **D.** Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

61.

Decretum Supremae S. Congregationis S. Officii, quo augentur et extenduntur Indulgentiae pro quadam laude Sanctissimi Sacramenti.

Die 10. Aprilis 1913.

Sanctissimus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X. per facultates infrascripto Cardinali S. Officii Secretario specialiter tributas, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, qui laudes et gratiarum actiones erga D. N. I. C. in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento impendunt,

iaculatoria prece quae sic sonat: *Laudetur et adoretur in aeternum sanctissimum Sacramentum,* vel quae in authentica sylloge Indulgentiarum invenitur his verbis expressa: *Sia lodato e ringraziato ogni momento il santissimo e divinissimo Sacramento,* ampliori spiritualium favorum emolumento gaudere valeant, quam antea frui poterant alteram recitantes; videlicet: Indulgentia trecentorum dierum, defunctorum animabus etiam adplicabili, quoties dictam alterutram precem corde saltem contrito recitaverint; plenaria vero, defunctis similiter adplicabili, quatenus per integrum mensem eandem quotidie elicere consueverint, si insuper confessi ad sacram Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

M. Card. **Rampolla.**

L. † S. † **D.** Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

62.

Anton Friedrich Ozanam, der Begründer des St. Vinzenz-Vereines.

Am 23. April 1913 jährte ſich zum hundertſten Male der Geburtstag des begeiſterten Katholiken und franzöſiſchen Literaturhiſtorikers Anton Friedrich Ozanam, der im Jahre 1833 in Paris den erſten St. Vinzenzverein von der werktätigen chriſtlichen Nächſtenliebe begründete. In der ganzen katholiſchen Welt wurde die hundertjährige Wiederkehr der Geburt dieſes hochverdienten Mannes, der leider in der Blüte ſeines Lebens, am 8. September 1853, zu Marſeille ſchon geſtorben iſt, auf das feſtlichſte begangen. Auch in Marburg wurde von den 3 beſtehenden und ſegensvoll wirkenden Konferenzen des St. Vinzenzvereines am 27. April 1913 eine in würdigſter Weiſe verlaufene Ozaramfeier veranſtaltet. Beſonders großartig aber war die Generalverſammlung der Vinzenz-Konferenzen am Sonnabend den 26. April d. J. in Paris, der über 4000 Perſonen beiwohnten. Seine Heiligkeit Papſt Pius X. hat als ſeinen Legaten Seine Eminenz den Hochwürdigſten Herrn Kardinalbiſchof Vinzenz Vannutelli dahin entſendet.

Bei dieſer Feſtverſammlung gelangte das nachſtehende, vom hl. Oſtertag des Jahres 1913 datierte Schreiben des Heiligen Vaters Papſt Pius X. zur feierlichen Verleſung:

VENERABILI FRATRI NOSTRO VINCENTIO S. R. E. CARDINALI VANNUTELLI EPISCOPO PRAENESTINO

PIVS PP. X.

VENERABILIS FRATER NOSTER SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod propediem, exeunte saeculo, ex quo Antonius Fridericus Ozanam hanc lucem aspexit, Societas Vincentiana, ut accepimus, sollemni commemoratione celebrare virum parat, Nos equidem probamus vehementer tale propositum, libentissimeque facturi sumus, ut illa ipsa sollemnia Nostrae dignitatis accessione amplificemus. Etenim cum iustum arbitramur eius ornare nomen qui profecto in illustranda et scriptis et factis salutari virtute fidei catholicae aetatem omnem, heu non ita longam, consumpsit, ut inter praeclaros christianae sapientiae vindices ponatur; tum vero nolumus occasioni deesse, quae datur, testandae rursus propensissimae voluntatis Nostrae erga illud Opus quod *conferentiarum* dicitur, cuius hic iure primarius conditor habetur. — Nam consociatio id genus — quae cum ad christianam caritatem tota spectet, nomine patrocinioque recte utitur Vincentii a Paulo — quis non miretur quam brevi tempore quantaque cum utilitate communi se usque quaque propagarit? Vixdum eius hic noster cum paucis eiusdem animi virtutisque sodalibus semina iecerant, alte radices egit, atque opinione celerius tamquam in celsam arborem patulisque diffusam ramis excrevit; ut consentaneum ceteroqui erat ingenio nationis Gallicae, qua quidem ad Religionem promovendam nihil actuosius, aut uberius. Eademque nunc late per terrarum orbem magno est usui non solum multitudini egenorum, quibus tum ad hanc vitam tum ad aeternam bona adiumenta suppeditat, verum etiam sociis ipsis, quos commode per varia christianae misericordiae munia ad omnem sanctimoniam exercet. — Haec reputantibus Nobis satis superque est causae, cur Nos in primis ista participemus sollemnia, optemusque ut honoribus habendis meritissimo viro simul operis eius notitia apud homines atque studium crescat. Ac sane in tanta perturbatione rerum omnium, quantam vel doctrinarum fallacia vel cupiditatum licentia creat, optime civili societati consulatur, si, quotquot christianam ipsius disciplinam curae habent, Ozanam et magistrum sequantur et ducem. Itaque maiora semper a Deo Societati Vincentianae incrementa precanda sunt, ut saluberrima sui auctoris instituta longe lateque usque in ultimas oras possit extendere. Iam vero, cum in generali coetu, quem apud summum Consilium delecti *conferentiarum* habituri sunt Parisiis, velimus esse qui haec animi Nostri sensa exponat, nullum videmus aptiorem cui hoc mandemus officii, quam illum S. R. E. Cardinalem qui vicesimum iam annum Societatis huius apud Apostolicam Sedem patronum agit, particeps studiorum eius coeptorumque fautor perdiligens. Quare te, Venerabilis Frater Noster, Legatum Nostrum mittimus, qui, quae his litteris tibi significavimus, in eo coetu verbis Nostris exprimas. Idem gene-

rali Consilio ac ceteris, quos una conventuros diximus, universis etiam, quos Societas Vincentiana vel habet sodales, vel iuvat pauperes atque omnibus de Clero populoque claris viris, quicumque ad haec sollemnia honestanda contulerint aliquid, apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum afferes; quam tibi primum, Venerabilis Frater Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, ipso die sollemni Paschae, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

Pius PP. X.

63.

Verordnung des Miniſters für Kultus und Unterricht und des Finanzminiſters vom 31. März 1913, (R. G. Bl. Nr. 57),

mit welcher § 1 der Miniſterialverordnung vom 26. Auguſt 1908, R. G. Bl. Nr. 207, betreffend die Aktivitätszulagen des ſyſtemiſierten Lehrperſonals an den römiſch-katholiſchen und griechiſch-katholiſchen theologiſchen Diözeſanlehranſtalten und den theologiſchen Zentrallehranſtalten zu Görz und Zara abgeändert wird.[1]

§ 1.

§ 1 der Verordnung des Miniſters für Kultus und Unterricht und des Finanzminiſteriums vom 26. Auguſt 1908, R. G. Bl. Nr. 207, hat künftighin zu lauten:

Die nach § 1, Abſatz 2, des Geſetzes vom 26. Jänner 1902, R. G. Bl. Nr. 25, den Profeſſoren an theologiſchen Diözeſan- oder Zentrallehranſtalten gebührende Aktivitätszulage beträgt,

a) an den Diözeſanlehranſtalten Brünn und Linz jährlich 960 K;

b) an den Diözeſanlehranſtalten in St. Pölten, Trient, Klagenfurt, Laibach, Budweis, Leitmeritz, Königgrätz, Przemyſl, Tarnów, Stanislau und an den theologiſchen Zentrallehranſtalten in Görz und Zara jährlich 840 K;

c) an den Diözeſanlehranſtalten in Marburg und Brixen jährlich 720 K;

d) an der Diözeſanlehranſtalt in Weidenau jährlich 600 K.

§ 2.

Dieſe Verordnung tritt mit 1. Oktober 1912 in Wirkſamkeit.

Zaleski m. p. **Huſſarek** m. p.

[1] Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözeſe, 1908. XIII. Abſ. 107. Seite 205 und 206.

64.

Die Ordination und die Ordinanden.

Unter Hinweiſung auf die h. ä. Ordinariats-Erläſſe vom 5. Juni 1854 Z. 1022/3 und vom 31. Mai 1855 Z. 1043/4 und in Gemäßheit der Anordnung des Konzils von Trient, sess. XXIII. c. 5. de ref. ſowie im Hinblick auf das cap. LXXI. De sacramento Ordinis sacerdotalis in Ecclesiae Lavantinae Synodus dioecesana anno 1903 coadunata. Marburgi, 1904. Pag. 504, num. 4 wird hiemit kundgemacht, daß die höheren hl. Weihen im Monate Juli und zwar das Subdiakonat am 21., das Diakonat am 23. und das Presbyterat am 25. Juli in der hieſigen Dom- und Stadtpfarrkirche werden erteilt werden, zu welchen Weihen die nachbenannten F. B. Lavanter Alumnen befördert werden ſollen:

Aus dem IV. Jahrgange die Herren:

Bratković Anton von Kapellen bei Radein (Kápela), Grifič Ignaz von Prihova, Holcman Paul von Remšnik, Holcman Vinzenz von Remšnik, Medved Anton aus Reichenburg und Peršuh Anton von St. Lorenzen am Draufelde (Sv. Lovrenc na Dravskem polju).

Aus dem III. Jahrgange die Herren:

Bohak Jakob von Stubenitz, Klobasa Andreas von St. Georgen an der Stainz (Sv. Jurij na Ščavnici), Slavič Johann aus Luttenberg (Ljutomer), Štiglic Franz aus Riez (Rečica), Turk Michael von Peilenſtein (Pilštanj) und Vrečko Joſef von Zabukovje.

Dieſes iſt am zehnten Sonntage nach Pfingſten dem gläubigen Volke von der Kanzel mit der Aufforderung bekannt zu geben, Gott um berufstreue Prieſter zu bitten, und falls jemand gegen die vorgenannten Ordinanden mit Grund etwas vorzubringen hätte, es nicht zu verhehlen.

Daß es gerade in der heutigen ſo ernſten Zeit notwendig iſt, Gott um gute, berufstreue ja heiligmäßige Prieſter zu bitten, wird niemand bezweifeln; iſt doch eitel die Wiſſenſchaft, eitel glänzende Beredſamkeit, eitel ein ſcharfer Verſtand, eitel aller Erfolg, wenn nicht die Heiligkeit des Lebens den Prieſter ziert nach den Worten des göttlichen Heilandes: „Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est.“ (Matth. 5, 48). Und nicht ſollen es die Weihekandidaten vergeſſen, daß ein heiliger Prieſter Länder und Völker zu Gott führen, daß aber ebenſo ein ſchlechter Prieſter Nationen der heiligen Kirche entreißen und ſo ſich und tauſende ins ewige Verderben ſtürzen kann.

Gebe Gott, daß der Tag der heil. Prieſterweihe für die Ordinanden zum Tage ihrer ewigen Glückſeligkeit, nicht aber zur Grundlage ihrer ewigen Verdammnis werde, damit ſich

ſo an ihnen bewahrheitet das Wort, das der heilige Evangeliſt Lukas über die Geburt des heil. Johannes des Täufers ſchreibt: „In navitate eius multi gaudebunt“ (Luc. 1, 46), nicht aber das erſchreckende Weh, das Gott durch den Mund des Propheten Ezechiel geſprochen hat: „Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.“ (Ezech. 34, 2)

Gebe Gott, daß die Ordinanden immerbar bewahren die Krone und die Perle der Tugenden, die heilige Keuſchheit als ein ſicheres Mittel, um zur Heiligkeit, zur Vollkommenheit zu gelangen. Und wenn ſie dann mit der heiligen Keuſchheit noch verbinden werden eifriges Gebet, unabläſſige Selbſtüberwindung, glühenden ſich ſelbſt verzehrenden Seeleneifer, dann werden ſie als Prieſter in der Stunde des Todes und am Tage des Gerichtes dem göttlichen Richter auf alle ihnen anvertraut geweſenen Seelen hinweiſend fröhlichen Mutes ſagen können: „Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.“ (Ioan. 18, 19)

Was die Ordination der Ordenskleriker, welche zugleich mit den Alumnen des F. B. Seminars am Ende des Schuljahres ordiniert werden ſollen, anbelangt, ſo wird hiemit angeordnet, daß die hochw. Ordensvorſteher dem F. B. Ordinariate das Anſuchen um Erteilung der höheren Weihen für ihre Kleriker immer im Laufe des Monates Mai überreichen mögen, damit ſie mit den Alumnen des F. B. Seminars im Kirchlichen Verordnungs-Blatte rechtzeitig promulgiert werden können.

I. Dieſes Anſuchen iſt mit folgenden Dokumenten zu inſtruieren:

1. Mit dem Taufſchein des zu ordinierenden Klerikers;

2. mit dem Prüfungszeugniſſe über die bereits zurückgelegten theologiſchen Studien und über die Kenntnis des Meßritus.

Diesbezüglich wird im Dekrete S. Congr. Episc. et Regul. vom 4. November 1892 „Auctis admodum“ num. VI. (Siehe Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözeſe, Jahrg. 1892, VI, I) angeordnet: Professi tum votorum sollemnium tum simplicium *(in Congregationibus)* ab Ordinariis locorum ad Sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod *saltem per annum* sacrae Theologiae operam dederint, si agatur *de subdiaconatu, ad minus per biennium,* si de *diaconatu,* et quoad *presbyteratum saltem per triennium,* praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo.“

3. Mit einer von dem betreffenden Kleriker eigenhändig geſchriebenen und unterſchriebenen und vom Ordensvorſteher koramiſierten Erklärung über die vom Geſuchſteller abgelegte Ordens-Profeß, was auch behufs Sicherſtellung des titulus ordinationis notwendig iſt. (Siehe hierüber das Dekret „Auctis admodum“ num. I. et II).

Dieſe Erklärung iſt in folgendem Wortlaute auszuſtellen:

„Ego infrascriptus N. N., natus *(ubi et quando),* Dei favente gratia in sacrum Ordinem N. susceptus et die... anni... veste religiosa indutus, postquam anno Novitiatus rite expleto, per tres annos continuos, id est a die... anni... in votis simplicibus steti, sollemnem votorum religiosorum professionem rite et per omnia libera in manus legitimi Superioris mei emisi die... anni...

In cuius rei testimonium propriae manus subscriptionem adiungo.

(Locus et dies). N. N.

Coram me N. N., Superiore. clericus et Ordinum Sacrorum Candidatus.

Ferner ſind beizuſchließen:

4. Das Dispensdekret, wenn der Kleriker mit einer Irregularität behaftet iſt.

5. Das Nationale des zu Ordinierenden, welches enthalten muß den Vor- und Zunamen desſelben Tag, Monat und Jahr deſſen Geburt, die Namen der Eltern und den Ort, an welchem der Kleriker zu promulgieren iſt.

6. Litteras dimissorias et testimonales vom Ordensvorſteher, mit welchen derſelbe den Kleriker behufs Erteilung der Weihen an den zuſtändigen Biſchof entläßt, und in welchem er das geſetzlich vorgeſchriebene Zeugnis ausſtellt.

Nach Gasparri (Tractatus canonicus de sacra ordinatione, II., alleg. II. num 4 p. 321 sequ.) können dieſelben etwa folgendermaßen lauten:

Litterae dimissoriae et testimoniales.

Cum iuxta apostolicas sanctiones nemo regularium ad quoscunque ordines absque expressa in scriptis suorum Superiorum licentia promoveri possit: hinc tenore praesentium dilecto nobis in Christo *N. N.* in nostro Ordine (vel Congregatione)... die... anni... expresse et libere (sollemniter) professo ac in domo seu conventu *N.* de familia existenti, qui in saeculo vocabatur *N. N.*, licentiam et facultatem impertimur, ut Excellentissimo et Reverendissimo Domino N. N. Principi-Episcopo Lavantino, ad quem has litteras dirigimus, se praesentet, precamurque Amplitudinem suam, ut eum ad sacrum Subdiaconatus *(Diaconatus, Presbyteratus)* ordinem pro necessitate et utilitate Ordinis nostri in titulum... promovere dignetur.

Quod enim ad morum probitatem spectat, eundem clericum nostrum dignum iudicamus, testamurque insuper, ipsum ex legitimo matrimonio procreatum, sacro fonte delibutum, chrismate confirmatum, scientia sufficienti exornatum, ad quatuor minores ordines iam die... anni.. promotum et in eis versatum ac in aetate legitima constitutum esse, nec non exercitiis spiritualibus vacasse *(vel: suo tempore vacaturum esse)*, omniaque alia requisita habere a legibus ecclesiasticis praescripta.

In quorum fidem hasce litteras propria manu subscripsimus et sigillo officii nostri munivimus.

(Locus et dies). L. S. Subscriptio.

II. Dieſe genannten Beilagen ſind immer beizuſchließen, wenn die Ordensvorſteher erſuchen, daß ihren

Klerikern die höheren Weihen infra annum scholarem erteilt werden ſollen.

III. Handelt es ſich darum, daß den Ordensklerikern die Tonſur und die niederen Weihen entweder zugleich mit den Alumnen des F. B. Seminars oder aber beſonders erteilt werden ſollen, was ſchon nach abgelegter einfacher Profeß geſchehen kann, ſo müſſen dem betreffenden Anſuchen beigelegt werden:

1. Der Taufſchein der betreffenden Kleriker;
2. die Erklärung über die abgelegte einfache Profeß;
3. das eventuell notwendige Dispensdekret;
4. die Dimiſſorien nach dem oben angeführten Wortlaute (allerdings mutatis mutandis).

Im Geſuche muß auch des bisherigen Studienganges des zu Ordinierenden Erwähnung gemacht werden.

65.

XX. Jahresbericht über den Allgemeinen frommen Verein der chriſtlichen Familien zu Ehren der Heiligen Familie zu Nazareth.

Im verfloſſenen Vereinsjahre 1912/13 traten dem Allgemeinen frommen Vereine der chriſtlichen Familien zu Ehren der Heiligen Familie von Nazareth 203 Familien mit 643 Familiengliedern bei.

Dieſe verteilen ſich auf folgende Dekanate und Pfarren:

Dekanat Altenmarkt:		
Pfarre St. Jakob in Pameče .	8 Fam. mit	46 Mitgl.
Dekanat Draufeld:		
Pfarre St. Johann am Draufeld	10 „ „	49 „
Dekanat St. Marein:		
Pfarre St. Magd. in Trennenberg	6 „ „	32 „
Dekanat Oberburg:		
Pfarre St. Eliſabeth in Laufen	7 „ „	51 „
Dekanat Pettau:		
Stadtpfarre St. Georg in Pettau	8 „ „	8 „
Pfarre St Martin in Haidin .	7 „ „	8 „
Pfarre Hl. Maria in Wurmberg	2 „ „	6 „
Dekanat Sauritſch:		
Pfarre St. Barbara bei Ankenſtein	31 „ „	151 „
Pfarre St. Veit bei Pettau .	115 „ „	230 „
Dekanat Schalltal:		
Dek.-Pfarre St. Georg in Skalis	6 Fam. mit	40 Mitgl.
Dekanat Tüffer:		
Pfarre St. Helena in Lak .	3 „ „	22 „
Zuſammen . .	203 Fam. mit	643 Mitgl.

Der fromme Verein zählt nun am Schluſſe des abgelaufenen Vereinsjahres 1912/13 im Ganzen 30.851 Familien mit 151.342 Mitgliedern.

Da ſich die hochwürdigen Herren Seelſorger im verfloſſenen euchariſtiſchen Jahre um die Förderung des frommen Vereines der chriſtlichen Familien mit lobenswertem Eifer bemüht haben, ſo werden ſie gewiß beſtrebt ſein, auch in dieſem Jubeljahre recht viele chriſtliche Familien dem Vereine zuzuführen.

Die Verzeichniſſe der neueingetretenen Familien wollen mit Angabe der Mitgliederanzahl bis zum 25. Mai 1914 anher in Vorlage gebracht werden, damit der Hauptbericht an Seine Eminenz, den Hochwürdigſten Generalpräſes des Vereines, bis Ende Mai 1914 zuſammengeſtellt und vorgelegt werden kann.

66.

Uprava Marijine mašne družbe v frančiškanskem samostanu v Mariboru.

P. Emerik Landergott, začasni upravitelj Marijine mašne družbe, naznanja po predstojništvu frančiškanskega samostana v Mariboru z dne 5. maja 1913 štev. 86, da se dobijo slovenska pravila slavne Ingolstadtske Marijine mašne družbe v frančiškanskem samostanu v Mariboru.

Ta mašna družba, katero je ustanovil frančiškan P. Inocenc Mayr v Ingolstadtu na Bavarskem, je bila do zdaj tako malo na Slovenskem znana, ker nismo imeli pravil v slovenskem jeziku natisnjenih. Na evharističnem shodu na Dunaju pa je sprejel mnogočastiti frančiškanski provincial iz Ljubljane nalogo, to družbo razširiti tudi na Slovenskem ter je v ta namen imenoval P. Emerika Landergott za upravitelja. Priporoča se torej ta mašna družba, ker je neprecenljive vrednosti za posameznega. Daruje se namreč zaradi velikega števila udov (nad 750.000) po 2000 maš na dan za umirajoče in že umrle društvenike. Toliko duhovno pomoč za poslednjo uro in za vice si gotovo vsak želi, In to je zraven češčenja Marijinega namen mašne družbe. Glavna dolžnost pa je, v ta namen darovati vsako leto eno sv. mašo na določeni dan.

P. n. preč. duhovniki imajo navadno 25. dan decembra kot mašni dan, ako si sami ne izberejo drugega, ker razpolagajo ta dan s tremi sv. mašami. Vpisnina je 50 vin., udnina poljubno velika (ali nekaj vinarjev vsako leto ali enkrat za vselej z vpisnino vred navadno 1 do 4 kron).

Naslov za priglašanja se glasi: Uprava Marijine mašne družbe v frančiškanskem samostanu v Mariboru.

67.

Die Religionsübungen der Kinder.

Unter dem Vorſitze des Vizepräſidenten Dr. v. Grabmayr hatte am Freitag den 11. April 1913 das k. k. Reichsgericht über die prinzipielle Frage der Verpflichtung der Teilnahme der Schulkinder an den Religionsübungen ihrer Konfeſſion zu entſcheiden. In Verhandlung ſtand folgender Fall: Ein Kaufmann aus Schimitz bei Brünn wurde am 10. Juli v. J. vom Bezirksſchulrate in Brünn zu einer Ordnungsſtrafe von 20 K oder zu achtundvierzig Stunden Arreſt verurteilt, weil er ſich beharrlich weigerte, ſeine die Volksſchule in Schimitz beſuchende Tochter Miroslava in die Kirche zum Beſuch des Gottesdienſtes und zum Empfang der heiligen Sakramente zu ſchicken. Der k. k. mähriſche Landesſchulrat gab der vom Kindesvater gegen die verhängte Strafe ergriffenen Berufung keine Folge, worauf dieſer den Beſchwerdeweg an das Reichsgericht betrat. Das Reichsgericht hat mit dem am Freitag publizierten Erkenntnis zu Recht erkannt, daß durch die angefochtene Entſcheidung weder eine Verletzung des dem Beſchwerdeführer und ſeiner Tochter zuſtehenden Rechtes auf Glaubens- und Gewiſſensfreiheit, noch eine Verletzung des Rechtes in Bezug auf die behauptete Entziehung des geſetzlichen Richters ſtattgefunden habe.

68.

Škofijska kronika.

Konštantinova jubilejna slavnost pri sv. Ilju v Slov. gor. — Kn. šk. župnijski urad pri sv. Ilju v Slov. gor. je z dopisom z dne 14. maja 1913 štev. 129 semkaj poročal: V tukajšnji župnijski cerkvi se je obhajal Konštantinov jubilej dne 10. 11. in 12. maja 1913. Vse tri dni je bilo izpostavljeno sv. Rešnje Telo. Jubileju primerne so bile pridige, ki sta jih imela dva čč. oo. kapucina iz Lipnice in domači g. župnik. V osmih pridigah so se obravnavali ti-le predmeti: 1. Katoliška cerkev je nepremagljiva, ker je Kristus pri njej. 2. Vera prvih kristjanov v zakrament sv. Rešnjega Telesa. 3. Jezus je poslal sv. Duha katoliški Cerkvi, ki jo vodi in uči, zato je nezmotljiva. 4. Vzgledno življenje prvih kristjanov; kje so dobili moč, da so tako izpodbudljivo živeli? V večkratnem sv. obhajilu. 5. Katoliška Cerkev edino zveličavna. 6. Češčenje Matere Božje v katoliški Cerkvi zlasti pri prvih kristjanih. 7. Razlika med katoliško Cerkvijo in protestantovsko molilnico. 8. Za katere darove sv. Duha, ki so jih imeli v obilni meri prvi kristjani, moramo posebno prositi? Za dar moči, za dar pobožnosti in za dar strahu božjega. — Pridige so se nanašale zlasti na naše razmere in so bile času primerne. Verniki so prav pridno zahajali v cerkev. Mnogi so se tudi že poslužili milosti svetega leta in si pridobili jubilejne odpustke. Binkoštni ponedeljek je bilo obhajanih 700 vernikov, vse tri dni pa 1600. Krona tridnevnice pa ji bila impozantna procesija, ki je bila ponedeljek popoldne in ki jo je vodil g. dekan Jareninski v spremstvu treh duhovnikov.

Sv. misijon pri sv. Rupertu nad Laškim. — Od dne 10. do dne 18. maja t. l. se je obhajal v tamošnji župnijski cerkvi jubilejni sveti misijon. Vodili so ga čč. gg. misijonarji od sv. Jožefa nad Celjem. Udeležba je bila vse dni velikanska, obhajil čez 3500. Dne 18. maja se je pri podružnici sv. Marije na Svetini pri pozni sv. maši slovesno blagoslovila nova zastava mladeniške in dekliške Marijine družbe, na kar je na novo pristopilo k Marijini družbi 12 mladeničev in 38 deklet. Popoldne ob dveh je bila slovesna procesija z Najsvetejšim in sklep sv. misijona.

69.

Diözeſan-Nachrichten.

Inveſtiert wurden: Titl. Herr Joſef Atteneder, Geiſtl. Rat und Pfarrer zu St. Margareten bei Heilenſtein, auf die Pfarre St. Michael bei Schönſtein und Herr Johann Gorišek, Stadtpfarrvikar in Cilli, auf die Pfarre St. Pankraz in Oberponikl.

Aufgenommen wurde Herr Anton Pinter, II. Stadtpfarrkaplan in Windiſchfeiſtriz, in den Aktivſtand der k. und k. Marineſeelſorge.

Beſtellt wurde Herr Alois Musi, Kaplan zu St. Margareten bei Heilenſtein, als Proviſor ebendaſelbſt.

Wiederangeſtellt wurde Herr Proviſor Franz Krošelj als I. Kaplan zu St. Michael bei Schönſtein.

Überſetzt wurden die Herren Kapläne: Johann Cilenšek von St. Georgen an der Stainz nach St. Leonhard in W. B.; Viktor Lunder von Oberpulskau nach St. Marein bei Erlachſtein (II.); Franz Rampre von Mahrenberg nach Leskovec; Johann Razbornik von Tüchern nach Jaring; Franz Sinko von St. Marein bei Erlachſtein nach Tüchern; Franz Slana von St. Leonhard in W. B. nach Windiſchfeiſtriz (II.); Maximilian Vraber, Doctor rom. in iure canonico, von Neukirchen als Stadtpfarrvikar nach Cilli; Martin Vrzelak von Jaring nach Mahrenberg.

In den dauernden Ruheſtand iſt getreten Herr Johann Ev. Košar, Jubelprieſter, Pfarrer zu St. Jakob in Galizien.

Unbeſetzt ſind geblieben die Kaplanspoſten zu St. Margareten bei Heilenſtein, Oberpulskau und Neukirchen ſowie der II. Kaplansposten zu St. Georgen an der Stainz.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 5. Juni 1913.

† Michael,

Fürſtbiſchof.

St. Cyrillus-Buchdruckerei, Marburg.